نَسَأَ *F. a.* (*conf.* نَسّ) 1) Increpavit *camelum*, propulit *c. a. Kam. Dj.*; Repulit *camelos* ab aquatorio lacu *c. a. camel. Kam. Dj.*; 2) Custodivit, servavit *c. a. Kam.*; 3) Lambit modo natum *pullum dorcas c. a. Kam.*; 4) *n. a.* نَسْء, مَنْسَأَة Distulit, tardavit, mora produxit *c. a. r. Kam. Dj.*; 5) *n. a.* نَسَاء Credidit *rem venditam* postea solvendam *c. a. p. et a. r. Kam. Dicitur quoque* نسأت عنه ديْنَه. *Dj.*; Prorogans *vitam* servavit *Deus c. a. p. et* ك *r.*; Moram traxit *siti* camelorum addens unum diem aut biduum aut amplius *c.* ك. *Dj. Dicitur* نسأ ك ظمء الابل. *Kam.*; 6) Pinguescere coepit *pecus*, *ita et* succrescere coeperunt *pili* praecedentibus elapsis. *Kam. Dj.*; 7) Aquâ miscuit *lac c. a. Kam. Dj.*; 8) Propinavit *alicui* rem نَسْء appellatam *c. a. p. Kam.*; 9) *Pass. n. a.* نَسْء, نَسَأَة Retardato mensium tempore se concepisse speravit. *Kam. Djeuh.* II *n. a.* تَنْسِئَة Increpavit, propulit *c. a. Kam. Dj.*; Distinuit prohibuitque *camelos ab aquatorio lacu c. a. cam. et* عن *r. Gol.* IV Distulit, tardavit *c. a. r. Kam. Dj.*; Credidit *rem* venditam postea solvendam *c. a. p. et a. r. Kam. Dj. Dicitur* انساته البيع. *Kam.* VIII Retrocessit, recessit *ab eo c.* عن. *Gol.*; Longius progressus seu evagatus fuit *in pascuo c.* ك. *Kam.* X Rogavit *debiti* solvendi moram *c. a. p. Kam. Dj.*

نَسْء Obesitas eiusve principium seu rudimentum, *cuius complementum et finis dicitur* اقتراز. *Dicitur* جرى النَّسْء

في الدوابّ. *Dj.*; Quae propter suppressos menses gravida putatur mulier. *Kam. Dj.*; Gravida *simpliciter*. *Reisk. ad Gol.*; Vinum inebrians et mente hominem privans. *Kam.*; Lac tenue aquosum. *Kam. Dj.*

نِسْءٌ Quae propter suppressos menses gravida putatur mulier. *Kam.* هو نِسْءُ نِسَاءٍ Confabulator mulierum ille est. *Kam.*

نُسْءٌ Quae propter suppressos menses gravida putatur mulier. *Kam.*

نَسَاءٌ Longitudo vitae. *Kam. Dj.*

نُسَاءٌ Dilatio, mora in pretio rei emtae solvendo. *Kam. Dj.* *Dicitur* باعه بِنُسَاءٍ Vendidit illud, ita ut mora solvendi concederetur. *Kam.*

نَاسِئٌ *Pl.* نُسَّاءٌ Pinguis. *Kam.*

نَسُوءٌ Quae putatur gravida *mulier*. *Kam.*

نَسِيءٌ Res dilata, retardata. *Kam.* النَّسِيءُ Mensis, qui a Paganis Arabum reiiciebatur in sequentes: uti Moharrem in Zafar, *ne tres consequerentur menses, quibus praeliari nefas esset* (*quod Mohammedes interdixit*). *Kam.*; Lac tenue aquosum. *Kam.*; Quae ob tardatos menses gravida putatur *mulier*. *Djeuh.* (*Hoc pro* نَسْءٌ *vitiosum putat Firuzabadius, qui Djeuharium vituperat.*)

نَسِيئَةٌ Dilatio, mora in pretio rei emtae solvendo. *Kam. Dj.*

مُنْتَسَأٌ Evagatio, longius intervallum. *Gol.*

مِنْسَأٌ (*et sine Hamza*) Baculus (*ut* quo abiguntur pecora). *Kam. Dj.*

مَنْسُوءٌ Dilatus, mora extractus. *Gol.*

نَسَبَ *F. o. et i. n. a.* نَسَبٌ, نِسْبَةٌ 1) Memoravit genus *alicuius c. a. p. Kam. Dj.*; 2) Rogavit genus paternum *c. a. p. Kam.*; 3) Retulit *quid ad aliquem*, derivavit *alicunde c. a. et* إلى *p. vel r. Gol. ex histor. Sarac.*; 4) *n. a.* نَسَبٌ, نَسِيبٌ, مَنْسَبَةٌ Carmine laudavit *mulierem* prae amore *poëta c.* ب *p. Kam. Dj.* III *n. a.* مُنَاسَبَةٌ Genere iunctus fuit *alicui c. a. p. Dj.*; Similis fuit; Aequalis fuit alteri relatione; Homologus, et analogus, proportionalis fuit *alteri c. a. Gol.* IV Vehemens fuit *ventus* et pulverem ac glaream dispersit. *Kam.* V Dixit esse se genere iunctum *alicui c.* إلى *p. Kam. Dj. Proverb.* اَلْقَرِيبُ مَنْ تَقَرَّبَ لا مَنْ تَنَسَّبَ. VI *De plur.* Similes inter sese, *aut* proportionales fuerunt. *Gol.* VIII Nomen traxit, nominatus fuit. *Gol.*; Genus retulit *ad aliquem c.* إلى *p. Dj., et c.* ل. X Commemoravit genus suum et cognationem. *Kam.*; Exposuit genus *alicuius c. a. p.*; Interrogavit genus *c. a. p.*; Derivatus *ab aliquo* fuit *c.* إلى *p.*

نَسَبٌ *Pl.* أَنْسَابٌ Genus, *aliis proprie* paternum. *Kam.*, *unde* ذو نسب Cognatus. *Gol.*; Nomen patronymicum et gentile. *Gramm.*

نِسْبَةٌ Adiectivum relativum, *ex. gr.* أرضىّ Ad terram referendus, terrestris. *Gramm.*

نُسْبَةٌ Genus, origo, cognatio, *pec.* paterna. *Kam. Dj.*

نَسَبَةٌ Proportio. *Mathem.*

نَيْسَبٌ Via recta et aperta. *Kam.*; Vestigia viae. *Kam.*; Stria inter arenas viae similis. *Dj.*; Series et semita formicarum continua serie incedentium. *Kam. Dj.*

نَسِيبٌ *F.* ة *Pl.* أَنْسِبَاءُ Genere iunctus alteri, cognatus. *Kam.*; Genus paternum habens. *Kam.* (*Dicitur quoque* نسيبٌ ناسبٌ, *quemadmodum dicitur* شعرٌ شاعرٌ.); Laus amicae et narratio de amore. *conf. Hamas. p.* ٥٣٨ *et libr. meum Darstell. der Arab. Verskunst p.* 518.

نَسَّابٌ (*et c.* ة) Genealogiae gnarus, peritus. *Kam. Dj.* *Dicitur* عندى ثلثة نسّابات.

نَيْسَبَانٌ Via recta et aperta. *Kam.*; Vestigia viae. *Kam.*; Series formicarum, quando veniunt una post alteram.

أَنْسَبُ Praestantior encomio amicae نسيب appellato (*de carmine*). *Kam.*; *Fem.* نَسْبَاءُ Multum cognata.

منسب *Pl.* مناسب *Idem quod* مناسيب. *Reisk. ad Gol.*

مُنَاسِبٌ Cognatus, genere iunctus. *Kam.*

مَنْسُوبٌ *Pl.* مَنَاسِيبُ In initio amicae laudem (نسيب) habens *carmen*. *Kam.*; Genus paternum habens. *Kam.*; Denominatus a sua origine, derivatus ab alio *c.* إلى. *Gol.*; Genere iunctus alteri, cognatus. المناسيب Columbae epistolas ferentes. *Reisk. ad Gol.* اسم المنسوب Adiectivum relativum, *ex. gr.* سماوىّ Ad coelum referendus. *Gramm.*

مُنَاسَبَة Cognatio, similitudo. *Dj.*; (*in arte rhetor.*) Analogia sententiarum.

مُنْتَسِب Is, qui ex agmine procedit, genus suum praedicans, ut alius quis contra eum ad pugnam prodeat. *Vit. Timur. T. I. p.* 478.

مُتَنَاسِب Proportionalis.

نَاسُوت Humana natura (*a* نَاس, *et hoc ab* انس). *Gol.*

نَسْتَر Nomen herbae odoratae. *Kam.*

نَسْتَق *Coll.* Famuli (*aliis ex voce Graeca*). *Kam. Cod. Lugd. Nr.* 124.

نَسَجَ *F. i. et o. n. a.* نَسْج 1) Texuit *pannum c. a. r. Kam. Dj.*; Commovit, concussit ex uno latere in alterum, ut in textura. *Reisk. ad Gol.* انه ينسج وحده Est incomparabilis. *Reisk. ad Gol.*; 2) Plexuit *quid c. a. Gol. ex Dj.*; 3) *n. a.* نَسْج Ductibus fere in longum et latum decussatis *aquam vel solum arenosum* signavit *ventus*: *uti fit cum duo venti per transversum spirant c. a. Kam. Dj.*; 4) *n. a.* نَسْج Composuit arte, et finxit *orationem c. a. r. Kam.*; 5) *n. a.* نَسْج Glomeratis inter se pedibus properavit *camela. Gol. ex Zam.* III Transversus fuit seu decussatim coniunctus *c. a. Gol. in app.* VIII Transversis ductibus signata fuit *aqua vel arena*, ut ex transverso flantibus ventis fieri solet. *Gol. in app.*

نُسُج *Pl.* Strata, super quibus peraguntur preces. *Kam.*

نَاسِج Texens, textor. *Gol.*

نَسُوج Pedibus glomeratis properans *camela. Gol.*; Ea, cuius onus in incedendo minime vacillat, *vel* Ea, quae onus ob vehementem incessum ad locum dorsi كاهل appellatum protrudit, *de camela. Kam.*

نَسِيج Textus. *Inde* هو نَسِيجُ وَحْدِه Incomparabilis, unicus est *c.* ك *r. Kam. Dj.*

نَسَّاج Textor. *Kam.*; Is, qui loricas contexit ex annulis ferreis. *Kam.*; Mendax. *Kam.*

نَسَّاجَة Ars textoria. *Kam. Dj.*

نَسِيجَة Res texta, tela. *Gol.*; *Pl.* نَسَايِج Transversarius *ventus venti* alterius *c. gen. Gol. in app.*

مَنْسَج Locus, ubi panni texuntur. *Kam. Dj.*

مِنْسَج Instrumentum, super quo extenditur ad texendum tela. *Kam. Dj.*; Locus in equo, qui inferior est, quam is, qui حارك appellatur. *Kam. Dj.*

مِنْسَاج *Idem. Hamas. p.* ٣١٤.

مَنْسُوج Intexta *auro vestis c.* ب. *Gol. ex Zam.*

نَسَحَ *F. a.* Abripuit, dispersit *terram pulveremve c. a. Kam.* b) نَسِحَ Cupivit. *Kam.*

نَسْح Quisquiliae, quae de corticibus et petiolis dactylorum decidunt, similesve res in vasis seu loculi ima parte residuae. *Kam.*

نَسَاح Nomen vallis in regione Iemamah, pugnâ celebris. *Kam.*

نُسَاح *Idem quod* نَسْح. *Kam.*

مِنْسَح Instrumentum, quo dispergitur terra. *Kam.*

نَسَخَ *F. a. n. a.* نَسْخ 1) Abolevit, delevit *umbram sol c. a. r. Dj.*; 2) *n. a.* نَسْخ Abrogavit *legem lege*, *sc.* aliam substituens *c. a. r. et* ب *alt. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* نَسْخ Descripsit *librum c. a. vide* نسخة. *Kam. Dj.*; *et* Transtulit nulla eius voce mutata versum ab uno loco ad alterum. *Harir. p.* ٢٣٩ *schol.*; 4) *n. a.* نَسْخ (*conf.* مسخ) Transformavit *c. a. Kam.* VIII Abolevit, delevit *umbram sol c. a.*; Descripsit *librum c. a. Kam.* X Descripsit *librum c. a. r. Kam.*

نَسْخ Abolitio, translatio. *Sic vocabulum in libro Tarifat inscripto definitur*: النسخ في اللغة الازالة والنقل وفي الشرع هي ان يرد دليل شرعي متراخيا عن دليل شرعي مقتضيا خلاف حكمه فهو تبديل بالنظر الى علمنا وبيان مدة الحكم بالنظر الى علم الله تعالى.

نَاسِخ *F.* ة Abrogans. *Dj. Nomine autem* النواسخ *a grammaticis appellantur tum* particulae *tum* verba, quum formam aut sensum nominis mutant. *De Sacy Gr. Ar. T. II. p.* 589 *sq. ed. alt.*

نُسْخَة *Pl.* نُسَخ Exemplar, ex quo quid describitur. *Kam. Dj.*; Exemplum aliunde descriptum. *Gol.*

نَسْخِيّ Cognomen scripturae Arabicae, qua nunc Arabes utuntur. *De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 6 *ed. alt.*

نَسِيخَة *Fem.* Dissita *terra. Kam.*

نَسْخِيَة Dissita *terra*.

تَنَاسُخ Mors et successio continua haeredum, quae fit integra manente et indivisa haereditate. *Kam. Dj.*; Temporum vicissitudo, quae fit seculorum successione; Transmigratio animarum in alia corpora (*μετεμψύχωσις*). *Kam.*

التناسخية Secta eorum, qui transmigrationem animarum in alia corpora credunt (Pythagorei). *Kam.*

مُنْتَسَخ Descriptus ex alio exemplari, apographon. منتسخ منه Exemplar.

مَنْسُوخ *F.* ة Obliteratus, abrogatus. *Dj.*

مُنَاسَخَة Translatio portionis haereditatis morte haeredis ad alium, qui ipsius haeres est, ut integra maneat haereditas rebus non divisis. *Kam. Sic in libro Tarifat definitur:* المناسخة مفاعلة من النسخ وهو النقل والتبديل وفي الاصطلاح نقل نصيب بعض الورثة بموته قبل القسمة الى من يرث منه.

نَسَرَ *F. o. et i. n. a.* نَسْر 1) Dimovit, sustulit *rem ab altera c. a. et* عن. *Kam.*; 2) Aperuit *vulnus*, *ulcus c. a. r. Kam.*; 3) Rostro vulsit, carpsit *accipiter carnem c. a. Kam. Dj.* (*quod in aliis avibus* نقر *dicitur*). *vide* منسر *seq.*; 4) Abrasit, erasit, excoriavit, vulneravit. *Gol.*; 5) Vituperio laesit, carpsit *aliquem*. *Kam.* V Dissolutus fuit retorquendo *funis*. *Kam.*; Puris copia ruptum fuit *ulcus*. *Kam.*; Dissolutus fuit una parte post alteram disrupta (*de charta*, *veste*). *Kam.*; Deseruit *aliquem commoditas fortunae c.* عن *p. Kam.*; Aquilas venatus fuit. *Diw. Huds.* VIII Recruduit *vulnus*, in partes sensim solutus fuit abiitve *pannus*, *papyrus*. X Evasit vulturi robore similis. *Kam. Dj.*

نَسْر *Pl. in paucis* أَنْسُر, *Pl. in multis* نُسُور Vultur. *Kam. Dj.*; *unde* النسر الطاير Aquila, *sidus coeleste*, *scil.* tres stellae in signo aquilae. *conf. Ideler Untersuch. p.* 105 *sq.* النسر الواقع Nomen stellae lucidae in signo Lyrae. *Ibid. p.* 61. 73; *Pl.* نُسُور Carnis pars in interiore ungula, *aliis* Locus elatus in interiore ungula a parte superiore. *Kam. Dj.*; *nec non* (*etiam c.* ال) Nomen idoli quondam Arabibus Dsulkelaïtis in Himjaridum terra culti. *Kam. Dj.*

نِسَار Nomen aquae gentis Banu-Ahmir die pugnae celebris, qua vicit gens Banu-Asad et Dsobjan contra gentem Banu-Djoscham ben-Moahwijjah. *Dj.*

نَاسُور (*et cum* ص) Morbus (*qui etiam* العِرْق الغَيْر *appellatur*) oculi in angulis, *vel* in podice, *vel* gingivis, cum continuo fluxu. *Kam. Dj.*

نِسْرِين *Pers.* نَسْرِين Rosa canina. *Kam.*, Ionquilla. *Spreng. hist. rei herb. p.* 255. *Avicenn. p.* ٣١٤.

نُسَارِيَة Aquila. *Kam.*

مِنْسَر *et* مِنْسَر Rostrum avis rapacis. *Kam. Dj.* (*uti* منقار rostrum avis *est*); Agmen equorum equitumve inter 30 et 40, *vel* inter 40 et 50 aut 60, *vel* a 100 ad 200. *Kam.*; Pars magni exercitus, praecedens reliquas partes. *Kam. Dj.*

نَسَطَ *n. a.* نَسْط (*conf.* مسط) 1) Manu eduxit sperma admissarii ex utero camelae; 2) Evacuavit *viscera* manu stringens *c. a. r.*; 3) Rigatum manu strinxit *pannum*, ut aquam extraheret *c. a. r. Kam.*

نُسُط *Pl.* Ii, qui in partu difficili infantes extrahunt. *Kam.*

نَسْطُور Nestorius. *Kam.*

نَسَاطِرَة Nestoriani.

نَسْطُورِي Nestorianus.

نَسْطُورِيَّة Secta Nestorii. *Kam.*

نَسَعَ *F. a. n. a.* نَسْع, نُسُوع 1) Nudatus gingiva, *vel* radice mobilis fuit *dens*. *Kam.*, *et* Tales dentes habuit *os. Dj.*; E cavernulis exivère *anteriores dentes*. *Kam.*; 2) Abiit *per terram*, peragravit *eam c.* ق. *Kam.*; 3) *n. a.* نَسَع, نُسُوع Dorsum *vel* ventrem *vel* dentem inclinantem habuit *mulier*. *Kam.* II Nudatus gingiva, *et* radice mobilis fuit, *de dente*. *Kam.*; Tales dentes habuit *os*. *Gol.*; E cavernulis exivère *anteriores dentes*. *Gol.* IV Ingressus fuit borealem ventum. *vide* نَسْع. *Kam.*; Multum nocuit vicinis. *Kam.* V *i. q. Coni.* I. *Gol.* VIII Disgregati sunt per pascua *cameli*. *Kam.*

نَسَع Boreas ventus. *Dj.*

نَسْع *Coll.* (*nom. unit. c.* ة) *Plur.* نَسَع, نِسَع, نُسُوع, أَنْسُع, أَنْسَاع Lorum latius plexum simile corrigiis, quo adstringuntur clitellae camelinae. *Kam. Dj.*; Compages inter manum et brachii anteriorem partem. *Kam.*; Boreas, ventus a septentrione flans. *Kam.*

نَاسِعٌ Longus, *de collo. Kam.*; Non circumcisa *mulier. vide* ناسعة *seq. Kam.*

نُسُوعٌ Longitudo. *Kam.*

نَاسِعَةٌ *Fem.* Longum dorsum *vel* ventrem habens, *aliis* non circumcisa *mulier. Kam.*

نَسْعِيَةٌ Borealis *ventus. Kam.*

أَنْسَاعٌ *Pl.* Ampli tramites *viae. Gol.*

مِنْسَعٌ Boreas, ventus a septentrione flans. *Kam.*

مِنْسَعَةٌ Terra cito germinans plantasve producens. *Kam.*

مَنْسُوعٌ Longus. *Gol.*

نَسَغَ *F. a. n. a.* نَسْغٌ (*conf.* نَخَسَ) 1) Perstrinxit *flagello*, *pec.* extremitate *c. a. p. et* ب *instr. Kam. Dj.*; Iunctis simul ex cauda avium plumis similive re *panem* strinxit percussitve *pistor c. a. Gol.*; 2) Petivit, iecit *aliquem aliqua re c. a. p. et* ب *r. Kam.*; 3) Petivit, punxit, laesit *dictis aliquem c. a. p. et* ب *r. Kam. Dj. vide* نزغ; 4) Punxit acu *manum* in suprema cute, ut insperso glasto pingeret *eam c. a.*, *ut facere Arabicus mos est. Kam. Dj.*; 5) Peragravit *terram c.* فِي. *Kam.*; 6) Aqua diluit *lac c. a. Kam.*; 7) Liberavit *camelas* secundis suis *c. a. Kam.*; 8) Laxus radice sua vacillavit *dens. vide* نسع. *Kam.* II *n. a.* تَنْسِيغٌ Laxus radice sua vacillavit *dens. Kam.*; Emisit germina amputatus, *de arbore. Kam.*; Ramos confertim produxit *novella palma. Kam.* IV Perstrinxit *flagello*, *pec.* extremitate *c. a. p. Dj.*; Emisit medullam *surculus palmae. Kam.*; De novo pullulavit recisa *arbor. Kam. Dj.* VIII Anteriore pede pectus percussit *camelus* propter infestantes muscas. *Kam.*; In pascuis a se invicem dispersi sunt et longe remoti *cameli. Kam.*

نَسْغٌ Aqua, quae ex amputata arbore effluit. *Kam.*

نَسِيغٌ Sudor. *Kam.*

مِنْسَغَةٌ Plumarum ex cauda avis fasciculus, simileve quid, *etiam* ex ferro, quo panem suum stringit percutitque pistor. *Kam. Dj.*

نَسَفَ *F. i. n. a.* نَسْفٌ 1) A fundamento diruit *structuram c. a. Kam. Dj.*; 2) Radicitus evulsit *plantas camelus c. a. r. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* نَسْفٌ Comminuit dispersitque *c. a. Kam.*; 4) *n. a.* نَسْفٌ Ventilavit flatu motuque *frumentum c. a. Gol.*; 5) *F. o. n. a.* نَسْفٌ, نُسُوفٌ Momordit *c. a. Kam.* V Prehensis manibus et implicatis pedibus prostravit in luctando adversarium. *Kam.* VI *De plur.* Clanculum invicem dixerunt quid *vel* arcana. *Kam. Djeuh.* VIII A fundamento diruit *structuram c. a. r. Kam.*; Radicitus evulsit *plantas camelus c. a. r. Kam. Dj.*; Clandestinum vel submissa voce habuit *sermonem c. a. Dj.*; *Passiv.* Alteratus fuit *color. Kam.*

نَسْفَةٌ, نَسْفَةٌ, نَسْفَةٌ *Pl.* نِسَفٌ, نُسُفٌ, نَسَافٌ Lapides nigri foraminibus impleti, quibus fricantur pedes (*ut videtur* pumex) (*sed fortasse cum* ش *rectius scribitur, aut duplex enunciandi modus est*). *Kam.*

نُسُوفٌ Plantas cum radice evellens *camelus. Kam.*; Terrae prope admovens *ungulam* inter currendum *equus c. genit. ungul. Kam.*, *aut* duos cubitos ad cingulum adducens: *quod fit ob cubitorum inter se propinquitatem et laudari solet. Kam.*; Longus ac difficilis *clivus montis. Dicitur* عَقَبَةٌ نُسُوفٌ. *Kam.*

نُسُوفٌ (*nonnullis*) Morsus vestigia. *Kam.*

نَسِيفٌ Vestigium morsus asinini. *Kam. Dj.*, in lateribus cameli apparens. *Dj.*; Vestigium in hippodromo ob cursum. *Kam.*; Clandestinum colloquium. *Kam.*; Arcanum. *Kam.*; Occultum dictum. *Kam.*

نُسَّافٌ *Pl.* نَسَاسِيفُ Species avis hirundinis instar. *Kam.* (magno rostro praeditae. *Domair.*)

نَسْفَانُ Plenus et redundans, *de vase. Kam.*

نُسَافَةٌ Res, quae ventilando reiicitur. *Kam. Dj.*; Spuma lactis. *Kam.*

نَسِيفَةٌ Lapidum genus nigricans foraminosum (pumici simile aut eius species), quo fricantur pedes ad exstirpandas sordes, *aut* lapides nigri in terra حَرَّةٌ appellata (*aut rectior scribendi modus* نشيفة *est*, *aut unum pro altero ponunt*). *Kam.*

مِنْسَفٌ Ventilabrum. *Kam. Dj.*; Os rostrumve asini. *Kam.*

مَنْسِفٌ Os asini. *Kam.*

مَنَاسِيفُ *Pl.* Plantas cum radice evellentes *cameli. Kam.*

مِنْسَفَةٌ Instrumentum, quo diruitur funditus aedificium. *Kam. Dj.*

نَسَقَ *F. o. n. a.* نَسْقٌ Ordine disposuit *sermonem c. a. Kam. Dj.*; Eo modo iunxit *margaritas c. a.* II *n. a.* تَنْسِيقٌ Ordine disposuit *c. a. Kam. Dj.* III Secutus est. *Dicitur* ناسَق بينهما. *Kam.* IV Rhythmice locutus fuit. *Kam.* V, VI, VIII Ordine dispositae et iunctae fuerunt *res. Kam.*

النَّسْقَانِ Duae stellae prope ad Librae lances apparentes. *Kam.*

نَسَقٌ Ordine dispositus et iunctus sermo. *Dj.*; Ordine iunctus, *de sphaerulis. Kam. Dj.*; Aequaliter dispositos dentes habens *os. Kam. Dj.*; Res eadem ratione et ordine disposita. *Kam.* النَّسَقُ Stellae signi Geminorum (*aliis vocabulum* النُّسُق *enunciandum*). *Kam.* النسق الشامى Nomen duarum stellarum β, γ in signo anguis et stellae in brachio Herculis. النسق اليمانى Stellae δ, α, ε in signo anguis et fortasse etiam stellae aliae. *conf. Ideler Unters. p.* 100 *sq.* نَسَقًا *Adverb.* Ordinata et aequabili serie. *Gol. ex Zam.*

نَسِيقٌ Ordine iunctus. *Kam.*

تَنْسِيقٌ Enumeratio (attributorum) (*in arte rhetor.*). *Sic in libro Tarifat inscripto:* تنسيق الصفات في صنعة البديع هو ذكر الشى بصفات متوالية مدحا كان كقوله وهو الغفور الودود ذو العرش المجيد فعّال لما يريد وذمّا كقوله زيد الفاسق الفاجر اللعين السارق.

مُنَسَّقٌ Ordine iunctus. *Kam.*

مُنْسُوقٌ *Idem. Kam.*

مُتَنَاسِقٌ Cohaerens *oratio. Gol. ex Zam.*

نَسَكَ *F. o. n. a.* نَسْكٌ, نُسْكٌ, نُسُكٌ, نَسَكَةٌ, مَنْسَكٌ 1) Dei cultui devotus ac religiosus fuit. *Kam. Dj.*; 2) *n. a.* نَسْكٌ Dedidit se *virtuti*, atque *in ea* perstitit *c.* الى *r. Kam.*; 3) *n. a.* نَسْكٌ Sacrificavit *Deo c. a. r. et* ل *p. Gol.*; 4) *F. o. et i.* Lavit aqua et mundavit *vestem c. a. Kam. Dj.*; 5) Bonum reddidit, *de terra salsuginosa c. a. Kam.* b) نُسُكٌ *n. a.* نَسَاكَةٌ Dei cultui devotus ac religiosus fuit. *Kam. Dj.* V Dei cultui devotus ac religiosus fuit. *Kam. Dj.* VI Egit modo religiosi. *Fakih. Alchol. p.* 11.

نَسْكٌ Status religiosi. *Kam.*; Servitium erga Deum; Ius, quod Deo debetur. *Kam.*

نُسْكٌ Status religiosi. *Kam.*; Servitium erga Deum. *Dj.*; Ius, quod Deo debetur. *Kam.*

نُسْكٌ Hostia. *Kam.*

نَسَكٌ Locus frequentatus. *Kam.*

نَسَكٌ Species avis. *Kam.*

نُسُكٌ Hostia, *aliis* sanguis hostiae. *Kam.*

نَاسِكٌ *Pl.* نُسَّاكٌ Deo devotus. *Dj.*; Monachus. *vide et* ناسكة.

نَسِيكٌ Aurum et argentum. *Kam.*

نَاسِكَةٌ *Fem.* Virens et pluvia rigata *terra. Kam.*

نَسِيكَةٌ *Pl.* نَسَايِكُ Sacrificium, hostia, victima. *Kam. Dj.*; Segmentum crassius auri *vel* argenti. *Kam. vide* نسيك.

مَنْسَكٌ Locus, ubi Dei cultus exercetur. *Kam.*; Locus frequentatus. *Kam.*; Ritus, ceremonia sacrificandi. *Kam.*

مَنْسِكٌ *Pl.* مَنَاسِكُ Locus, ubi Dei cultus exercetur, mactatur hostia. *Dj.*, *pec.* in valle Mina; *item* Ceremonia, lex et ritus sacrificandi. *Kam.*; Hostia. *Kam.* أَرِنَا مَنَاسِكَنَا Ostende nobis loca, ubi Dei cultum exercemus. *Kam.*

مَنْسُوكٌ *F.* ة Mundatus aquâ. *Dj.*; Glaber. *Dicitur* فَرْسٌ منسوكة. *Kam.*; Stercoratus, *de agro. Kam.*

نَسَلَ *F. o. n. a.* نَسْلٌ 1) Genuit *animal. Kam.*, *et quidem multos foetus camela c.* ب. *Dj.*; 2) *F. quoque i.* Mutavit reiecitque *plumas suas avis*, *pilos camela c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* نُسُولٌ Excidit *pluma*, *pilus*, *lana. Kam. Dj.* (*et* Provenit, apparuit. *Citab Aladhdad*), *ita et* Decidit defluxitve *vestis de corpore c.* عن. *Djeuh.*; 4) *F. i. et o. n. a.* نَسْلٌ, نَسَلٌ, نَسَلَانٌ Properavit: *ut in cursu c.* ﻫ. *Kam. Dj.*, *ad aliquem c.* الى. III Cucurrit cum altero, ut viderent, uter eorum praeverteret alterum. *Reisk. ad Gol. Diw. Huds.* IV Genuit. *Kam.*; Excidit *lana. Kam.*; Abiecit, mutavit *lanam c. a. r.*

Kam., de serpente cutem mutante. Hamas. p. ٧٨٥; Tempori, quo excidere solent plumae aut pili, propinquum fuit, *vel* ad illud pervenit *animal. Kam. Dj.*; Protulit *extremitates* et delabentes reiecit, *de planta* صليان *appellata. Kam. vide* نسال *seq.*; Praecessit *alios c. a. Kam. Dj.* VI *De plur.* Geniti sunt alii ex aliis, continuata prognati sunt serie. *Kam. Dj.*

نَسْلٌ *Pl.* أَنْسَالٌ Proles, progenies. *Kam. Dj.*

نَسْلٌ Lac sponte effluens e papilla. *Dj.*; Lac prodiens e virente ficu. *Kam.*

نُسَالٌ Plumae aut pili decidui de animali. *Kam. Dj.*; Spica seu thyrsus plantae حلى dictae, cum arida defluit. *Kam.*

نَسِيلٌ Decidens, *de lana, pilis. Kam.*; Mel defluens e favis. *Kam. Dj.* نسيل *et* نسول *i. q.* نسال Pluviae guttae rariores. *Reisk. ad Gol.*

نَسَّالٌ Cursor celer, properus. *Diw. Huds. Hamas. p.* ٣٣٩.

فخذ نَاسِلَةٌ Parum carnosum femur. *Kam.*

نُسَالَةٌ Particula lanae deciduae. *Kam.*

نَسُولَةٌ *Fem.* Multa progenie celebris *mulier. Dj.* ما له نسولة Non sunt ipsi opes (*de* camelis ad geniturum idoneis). *Reisk. ad Gol.*

نَسِيلَةٌ Particula lanae deciduae. *Gol.*; Ellychnium. *Kam.*; Progenies, proles. *Kam.*; Mel. *Kam.*

نَسَمَ *F. i. n. a.* نَسْمٌ, نَسِيمٌ, نَسَمَانٌ 1) Leniter spiravit *ventus. Kam. Dj., etiam odor*; 2) *F. i. n. a.* نَسَمَ Percussit pede suo seu planta *camelus. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* نَسَامَةٌ Aquam exsudavit sive scaturiginem emisit *terra. Kam.*; 4) Alteratus, corruptus fuit, *de re. Kam.* b) نَسِمَ *n. a.* نَسَمٌ Alteratus vel corruptus fuit, *de re. Kam.* II *n. a.* تَنْسِيمٌ Incepit *negotium c. ل r. Kam.*; Vivificavit *animam c. a. r. Kam.*; Liberum dimisit *servum c. a. Kam.* III Odoratu exploravit, *vel* ex aura habituve percepit *c. a. Dj.*; Clanculum dixit (سار) *alicui c. a. p. Harir. p.* ١٧٥ ٣٣٤. IV Vivificavit; Liberum dimisit, manumisit *c. a. p. Gol.* V Spiravit, spiritum duxit. (*Vocabulum Iemanensibus proprium. Ibn-Doraid.*) *Kam.*; Exhalavit *suavem odorem locus c.* ب. *Kam.*; Percepit odoratu *halitum c. a. Kam.*; Paulatim adhibita patientia acquisivit *scientiam c. a. r. Kam.*

نَسْمٌ *Pl.* أَنْسَامٌ Flatus lenior venti. *Kam.*; Spiritus, halitus animae. (*Vocabulum Iemanensibus proprium. Ibn-Doraid.*) *Kam.*; Homines. *Diw. Huds.*; Principium, exordium. *Gol.*; Via obliterata. *Kam.*; Odor lactis et adipis. *Kam.*; Species avium velocium, quae supra virides sunt. *Kam.*

نَاسِمٌ Aeger extremum agens spiritum. *Kam.*

نَسَمَةٌ (*Pl.* نسيم. *Dj.*) Animae spiritus, halitus. *Kam.*; Asthma. *Kam.*; *Pl.* نَسَمٌ *et* نَسَمَاتٌ Homo. *Kam.*; Servus emtus (*de mare et femina*). *Kam.*

نَيْسَمٌ Lenis ventus, aura. *Kam.*; Obliterata via. *Kam.*

نَسِيمٌ *Pl.* نَسَامٌ Lenis ventus, aura. *Kam. Dj.* النسيمان Aurae matutinae et vespertinae. *Reisk. ad Gol.*; Sudor. *Kam.*

أَنَاسِمُ *Pl.* Homines. *Kam. vide* نسمة *praec.*

مَنْسِمٌ *Pl.* مَنَاسِمُ Planta cameli. *Kam. Dj.*, Margo eius. *Gol. ex Meid.*; *item* Pes struthiocameli. *Dj.*; Signum. *Kam.*; Via, semita; Modus, ratio. *Kam.* من اين منسمك Unde venis?

مُنَسِّمٌ Vivificans homines animasve. *Kam.*

نَسْنَسَ *n. a.* نَسْنَسَةٌ 1) Propulit *camelum c. a. Kam.*; 2) Debilis fuit. *Kam.*; 3) Rapide volavit *avis. Kam. Dj.*; 4) Frigido flatu spiravit *ventus. Kam.*

نَسْنَاسٌ (*etiam* نِسْنَاسٌ) Genus hominum monstrosum in uno pede sicut aves salientium. *Dj.*, unum pedem habentium et herbas depascentium. *Kam. Aliis tres sunt species* ناس, نسناس *et* نسانس, *aliis nomine* نسانس *feminae eius generis designantur, aliis altiores dignitate. Alii dicunt hoc nomine* gentem aliter ياجوج et ماجوج appellatam *designari, vel* quandam hominum speciem, *vel* creaturas hominum formas habentes licet homines non sint. *Kam.*; Nomen simiae. *Forsk. descr. anim.* III. نَسْنَاسٌ Incessus. *Kam. Inde dicitur* قطع الله نَسْنَاسَهُ Abrupit Deus eius incessum et vestigium. *Kam.*; Celer, *de itinere nocturno. Kam.*

نِسْنِينَ Mulieres, *ob homoioteleuton in verbis* ابن عِشْرِينَ طَالِبُ نِسْنِينَ Viginti annos natus iuvenis petit mulieres. *Hamas. p.* ١٣١.

نَسًا *Dual.* نَسَوَانِ, نَسَيَانِ *Pl.* أَنْسَاءٌ Nervus, tendo, qui per femur et crus ad talos fertur. *Kam. Dj. In verbis* مُنْشَقُّ النَّسَا *vocabulo* النسا Locus huius tendinis *significatur. Dj.*

نَسَى *n. a.* نَسْيٌ Percussit, laesit nervum, tendinem نسا appellatum *c. a. p. Kam. Dj.* b) نَسِيَ *n. a.* نَسًى Doluit, laboravit e nervo نسا dicto. *Kam. Dj.*

نَسٍ E nervo نَسًا dicto laborans. *Kam. Dj.*

أَنْسَى *Fem.* نَسْيَاءُ Male habens e tendine, nervo نسا dicto. *Kam.* الأَنْسَى Nervus in infimo crure. *Kam.*

مَنْسُوٌ *et* مَنْسِيٌ In tendine, nervo نسا dicto laesus. *Kam. Dj. Diw. Huds.*

نَسِيَ *F. a. n. a.* نِسْيٌ, نَسْوٌ, نِسَاوٌ, نِسْيَانٌ 1) Oblitus fuit. *Kam. Dj.*; 2) Reliquit, missum fecit, Neglexit, omisit *c. a. Dj.* II *n. a.* تَنْسِيَةٌ Effecit, ut oblivisceretur *c. d. a. Kam. Dj.* III Oblitus fuit *c. a. p. Kam.* IV Effecit, ut oblivisceretur *c. d. a. Kam. Dj.*; *Pass.* Oblitus est *c. a. r.* VI Simulavit se *eius* esse oblitum *c. a. Dj.*; *De plur.* Inter se obliti sunt *c. a. r.*

نَسْيٌ Res oblita, *vel* oblivione digna. *Kam. Dj.*; Pannus, qui menstruo sanguine sordens a muliere abiicitur. *Kam. Dj.*; Lac aqua mixtum. *Gol. ex Meid.* (*sed vide ult. Hamz.*)

نِسْيٌ Res oblita, *vel* oblivione digna. *Kam. Dj.*; Pannus, qui menstruo sanguine sordens a muliere abiicitur. *Kam. Dj.*; Quod de viliore supellectili relinquitur in hospitiis. *Dj.*

نَسْوٌ Operis neglectio. *Kam.*; Haustus unus sorptusve lactis. *Kam.*

نُسْوٌ Mulieres (*caret Sing.*). *Kam. Dj.*

نِسَاءٌ, نِسْوَنَ, نِسْوَانٌ Mulieres. *Kam.*

نَسِيٌ Is, qui non numeratur in gente. *Kam.*; Multum obliviscens. *Kam.*

نَسْيَانُ Obliviosus. *Kam. Dj.*

نِسْيَانٌ Oblivio. *Dj.*

نِسْوِيٌ Muliebris. *Kam.*

نُسَيَّةٌ (*Pl. san.*) *Demin. vocis* نِسْوٌ Mulierculae. *Dj.*

مِنْسَاةٌ Baculus, scipio. *Dj.* (*sed proprie est ult. Hamz.*)

مَنْسِيَةٌ Oblivio. *Gol. ex Psalm.* LXXXVII, 13.

نَشَّ *F. i. n. a.* نَشِيشٌ 1) Decrevit defecitve *stagnum*, aqua in terram absorpta *vel* exhalata. *Kam. Dj.* (*et ita ex salsuginosa aqua sal fit. Gol.*); 2) *n. a.* نَشِيشٌ Bullitu vel fervore sonum edidit *aqua. Kam.* نشّت الجرّة Sonum edidit vas figlinum bullientis aquae similem immissa in id aqua. *Hamas. p.* ٤٩; 3) *n. a.* نَشٌّ Leniter propulit *iumentum c. a. r. Kam.*; 4) *n. a.* نَشٌّ Miscuit *c. a. r. Kam.* VIII انْتَشَّ Longus fuit, *de arbore.* (*Hoc attulit Ebn-Ahbbad, sed rectius* أَنْتَشَّ.) *Kam.*

نَشٌّ Pondus viginti درهم, seu dimidia اوقية uncia. *Kam. Dj.*

نشوش Inula *odora. Forsk. Flor. Aeg. Ar.* CXIX, 150.

نَشِيشٌ Aquae alteriusve rei bullientis vel ferventis sonus. *Dj.*

نَشَّاشٌ Vallis nomen, quae erat genti Banu-Nomair, pugnâ inter gentem Banu-Ahmir et incolas Iemamae celebris. *Kam.*

نَشِيشَةٌ ارض Salsa sterilisque terra. *Kam.*

نَشَاشَةٌ *F.* Aquam imbibens terra, nec pabulum proferens, quamvis non prorsus arida sit. *Kam. Dicitur* سباخة نشاشة. *Dj.*

مَنْشُوشٌ Inspissatus odoribus, *de unguento. Kam.*

نَشَأَ *F. a.* 1) *n. a.* نَشْءٌ, نُشُوءٌ, نَشَاءٌ, نَشَاءَةٌ Crevit, accrevit, adolevit, educatus fuit *inter eos c.* فِي. *Kam. Dj.* نَشَأَ نَشْءٌ Accidit quaedam res; 2) *n. a.* نَشْءٌ, نَشَاءٌ, نُشُوءٌ Elatus fuit, *de nube. Kam. Djeuh.* b) نَشَّأَ *n. a.* تَنْشَاءٌ 1) Crevit, adolevit. *Kam.*; 2) Elatus fuit, *de nube. Kam.* II Educavit, effecit, ut cresceret *c. a. Kam.*; Elevavit *nubem Deus c. a. r. Kam.*; *Pass.* Educatus fuit, adolevit. *Kam. Dj.* IV Produxit et creavit *Deus c. a. Dj.*; Elevavit *nubem Deus c. a. r. Kam.*

Dj.; Finxit ac commentus fuit *aliquid c. a. Dj.*; Coepit, instituit *facere hoc c. sequent. Fut. vel c.* ب. *Kam.*; Incepit struere *domum c. a. Kam. Dj.*; Inita concepit *camela. Kam.*; Prodiit *res e loco c.* من. *Kam.*; *Pass.* Educatus fuit, adolevit. *Kam. Dj.* V Surrexit et incessit ad negotium perficiendum *c.* ل. *Kam.* X Percepit odoratu *odorem. Dj.*; Exploravit *nuntium c. a. r. Kam.*

نَشْءٌ Lapis in lacus aquatorii fundo positus. *Gol.*; Nubes elata, vel primum concrescens. *Dj.*; Parvi ac iuvenculi cameli. *Kam.*

نَشَأٌ Germen plantae adhuc tenue; *item Plur. vocis* نَشْءٌ Parvi et iuvenculi cameli. *Kam.*; Nubes elata et primum apparens pars nubis. *Kam.*; *Coll.* Adolescentes. *Gol.*

نَشْيٌ Nubis pars primum apparens. *Kam.*; Apparitio. *Diw. Huds.*

نَشَاةٌ Plantae cuiusdam molle germen, quod nondum crassum est. *Kam.*; Rei productio, inventio. *Dj.*

نَشَاءٌ Rei productio, inventio. *Dj.*

نَاشِئٌ *Pl.* نَشَأٌ *et* نَشْوٌ Adolescens *et* Adolescentula (qui pueritiae terminum transgressi sunt). *Kam. Dj.*; *Plur.* ناشئة Res noctu apparens et proveniens. *Kam.* (*aliis* ناشئة *forma nominis actionis est*).

نَشْوٌ Bonus odor. *Reisk. ad Gol.*

نَشِيشَةٌ Prima structura seu fundamentum aquatorii lacus. *Kam. Dj.*; Lapides in fundo receptaculi aquae positi, *et* Terra pone circumpositos lacui cisternaeve lapides congesta. *Kam.*; *et i. q.* ناشئة Surrectio a somno alia post aliam. *Gol.*; Prima et tenera pars plantae طريفة appellatae. (*In Kam. Calcutt. vitiose legitur* طريقة); Planta نصى *vel* صليان appellata, *vel* plantae cuiusdam molle germen, quod nondum crassum est. *Kam.*

نَاشِئَةٌ *Fem. Pl.* نَوَاشٍ Puella adolescens. *Hartr. p.* ٣٨٨; Prima hora noctis *vel* diei, *aliis* noctis initium, *aliis* quaevis hora qua quis noctu surgit, *aliis* surgere e somno. *Kam. Dj.*, *et in genere* Principium.

إِنْشَاءٌ Compositio sermonis, stylus; *tum* الإِنْشَاء Scriptio litterarum *vel* tabularum praetoriarum. ديوان الإِنْشَاء Tabularium praetorium, scribarum publicorum locus.

مَنْشَأٌ Patria.

مُنْشَأٌ Elatum erectumve *vexillum*, extans *cippus*, *et* Quae adolevit, procerior *puella. Gol.*

مُنْشَآتٌ *Pl.* مُنْشَأَاتٌ Elata vela habens, *de navi. Kam.*

مُسْتَنْشَأٌ Erectus, *de signis et viae indicibus. Kam.*

مُسْتَنْشِئَةٌ Divinatrix, hariola. *Kam.*

نَشَبَ *F. a. n. a.* نَشْبٌ, نَشْبَةٌ, نُشُوبٌ Haesit tenacius, inhaesit, infixus fuit *c.* في. *Kam. Djeuh.*; Fixum gestumve fuit *inter eos bellum c.* بين *p. Dj.*; Impositum fuit et necessario peragendum fuit *alicui aliquid c. a. p. Kam.* ما نشب ان قال *vel* ما نشب يقول *vel* لم ينشب ان قال Non desiit dicere. *Kam.* II Effecit, ut inhaereret, infixit *c. a. p. et* في *r. Kam.*; Incepit, aggressus fuit *rem c.* في. *conf.* نشم. *Kam.* III Apertum *illi* intulit *bellum*, *aut* aperto *bello* prosecutus fuit *c. dupl. a. Dj.* IV Effecit, ut inhaereret, infixit *c. a. p. et* في *r. Kam. Dj.*; In laqueo irretitam invenit et habuit praedam *venator. Kam. Dj.*; Vehemens fuit, ut pulverem et glaream in aërem dispergeret, *ventus. Kam.* V Fixus *in corde eius* fuit haesitve *amicae amor c.* في. VI *De plur.* Adhaeserunt invicem, et inter se coniuncti fuere. *Kam.* VIII Inhaesit, infixus fuit. *Kam. Dj.*; Collegit ad comburendum *ligna. Kam.*; Congessit *frumentum*, et inde paravit opes (نَشَبٌ) *c. a. r. Kam.*

نَشَبٌ Opes, *sive* vocales, *sive* mutae, *pec.* fixae: ut agri qui possidentur. *Kam. Dj. Dicitur* لهم نَشَبٌ وما لهم نَشَبٌ إِنْ هم الا خَشَبٌ; Species arboris, ex qua parantur arcus. *Kam.*

نَشِبٌ Adhaerens. *Hamas. p.* ٣٤٣.

نَاشِبٌ *F.* ة Habens sagittas. *Kam. Dicitur* قومٌ ناشبةٌ *Hamas. p.* ٣٤٣.

نُشْبَةٌ Implicitus negotio et irretitus, ut vix inde liberari possit. *Kam.*; Multum rei deditus; Res infixa. *Prov. est loquendi modus* كنت نُشْبَةً فصرت عُقْبَةً Quod si olim alicui adhaerebam, damnum ex me percipiebat, sed nunc hoc perficere non possum. *Kam.* نُشْبَةٌ Nomen lupi. *Kam.*

نَشَبَةٌ Firmae opes, *sive* mutae, *sive* vocе praeditae. *Kam.*

نَشَّابٌ Is, qui conficit sagittas. *Kam.*

نُشَّابٌ *Coll.* Sagittae. *Kam. Dj.* (*Differunt a sagittis* نبل *appellatis*).

نَاشِبَةٌ *Fem.* Infixa et adhaerens *res*, *et* ناشبة للحال Trochlea. *Kam.*

قَوْمٌ نَشَّابَةٌ Gens sagittis iaciens. *Kam.*

نُشَّابَةٌ Sagitta una. *Kam.*, *pec.* Persica sagitta, quae ex ligno: *nam* Arabica, quae fere arundinea est, سهم *dicitur*.

مَنْشَبٌ Locus, ex quo quis se liberare non potest. نَشِبَ مَنْشَبَ سَوْءٍ Incidit in malum, e quo liberari non potest. *Kam.*

مِنْشَبٌ *Pl.* مَنَاشِبُ Dactylus immaturus (بسر) speciei خَشْو appellatae. *Kam.*

مُنَشَّبٌ Forma sagittarum pictus, *de veste*. *Kam.*

مَنْشَبَةٌ Firmae opes, *sive* vocales, *sive* mutae. *Kam.*

نَشَجَ *F. i. n. a.* نَشِيجٌ 1) Flendo et non vehementer anhelando, quasi in gutture praefocatus fuit. *Kam. Dj.*; 2) In pectore *sonum* reciprocavit *asinus*. *Kam. Dj.*; 3) Distinxit inter duos sonos et extendit vocem *cantor*. *Kam.*; Reciprocavit vocem coaxando *rana*. *Kam.*; Sonum et bulliendo susurrum emisit *olla*, *uter*, *cisterna*. *Kam. Dj.*

نَشَجٌ *Pl.* أَنْشَاجٌ Aquae fluxus, locus ubi aqua fluit. *Kam. Djeuh.*

نَشَحَ *F. a. n. a.* نَشْحٌ, نُشُوحٌ 1) Bibit, sed non restinguens sitim, *vel contra* ad plenitudinem bibit. *Kam. Dj.*; 2) Adaquavit *equos*, ita ut ardenti succurreret utcunque siti. *Kam.*

نُشُحٌ *Pl.* Ebrii. *Kam.*

نَشُوحٌ Aqua modica, parum aquae. *Kam. Dj.*

نَشَّاحٌ Plenus et madens *uter*. *vide* نضح. *Kam.*

نَشَدَ *F. o. n. a.* نَشْدٌ, نِشْدَةٌ, نِشْدَانٌ 1) Quaesivit *rem* amissam *c. a. Kam. Dj.*; 2) Indicavit *rem* amissam *c. a. r. Kam.*; 3) Novit, cognovit quodammodo *aliquem* *c. a. p. Kam. Dj.*; 4) Recordatus fuit, memoravit: *pec.* Deum; 5) (*etiam F. i.*) Rogavit *aliquem*, ut *per Deum* iuraret *c. a. p. et* ب *Dei. Kam.*; Obtestatus fuit *per Deum c. d. a. vel c. a. et* ب. *Kam.*; Dixit *alicui*: rogo te per Deum *c. a. p. Kam. Djeuh.* III *n. a.* نِشَادٌ, مُنَاشَدَةٌ Adiuravit, iureiurando obstrinxit *c. a. p. Kam.* IV Certiorem fecit *de re amissa*, ubi esset indicium fecit *c. a. r. Kam. Dj.*; Rogavit, ut indicaret *rem amissam c. a. Kam. Dj.*; Recitavit *carmen c. a. p. et a. r. Kam. Dj.*; Satyrà perstrinxit *c.* ب *p. Kam.* V Sciscitatus fuit, studuit scire *nuntium c. a. Kam.* VI *De plur.* Recitarunt inter se carmen, *etiam* invicem satyra se perstrinxerunt. *Kam.*; *Pass.* Rogatus fuit. *Djeuh.* X Rogavit, ut recitaret *carmen c. a. r. Kam. Dj.*

نَشْدٌ. *Dicitur* نَشْدَكَ اللهَ Obtestor te per Deum! *Kam.*

نَاشِدٌ *i. q.* معرَّف. *Gol.*

نِشْدَةٌ Vox. *Kam.*; Carmen, cuius expetitur recitatio. *Gol.*

نَشِيدٌ Inter homines recitatum carmen. *Kam. Dj.*; Elatio vocis. *Kam.*; Poesis. *Reisk. ad Gol.*

أُنْشُودَةٌ *Pl.* أَنَاشِيدُ Carmen quod inter se recitant homines. *Kam.*

مُنَشَّدٌ Inter homines recitatus, *de carmine*. *Kam.*

نُوشَادِر, نُشَادِر (*c.* س. *Rhaz. p.* 144) *Pers.* Sal ammoniacum. *Gol. in app. ex Zein.*

نَشَرَ *F. o. n. a.* نَشْرٌ 1) Explicuit *supellectilia*, late diffudit; Expandit, explicuit *pannum c. a. r. Kam. Dj.* نشر لذلك الامر اذنيه Cupidus fuit illius rei. *Harir. p.* 141; 2) *F. o. et i.* Divulgavit *nuntium c. a. Kam. Dj.*; 3) Flavit *ventus* die nubiloso. *Kam.*; 4) Segregavit, dispersit *c. a. Kam.*; 5) *n. a.* نَشْرٌ Serrâ amputavit *lignum c. a. Kam. Dj.*; 6) *n. a.* نَشْرٌ Avertit magià quid mali *ab alio c.* عن *p* *Dicitur* نشر عن المجنون والمريض. *Kam.*; 7) *n. a.* نُشُورٌ Veris tempore revirescere coepit *terra*. *Kam.*; Se explicuit, *de foliis arboris*. *Kam.*; Frondes emisit *arbor*. *Kam.*; Pluvia post aetatem revirescere coepit *planta*. *Kam. Dj.*; 8) Revixit *mortuus*. *Kam. Dj.*; 9) *n. a.* نَشْرٌ, نُشُورٌ Vivificavit, resuscitavit *mortuum c. a. p. Kam.* b) نَشِرَ 1) Herpete seu contagiosa scabie laboravit *camelus*. *Kam.*; 2) Dispersus fuit nocte, *de pascentibus pecoribus*. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَنْشِيرٌ Avertit amuleto vel magia quid mali *ab alio c.* عن *p*. *Kam. Dj.*; Explicuit, expandit

pannum c. a. r. Kam. IV *n. a.* أَنْشَرَ Resuscitavit, in vitam reduxit *Deus c. a. p. Kam. Dj.* V Expansus fuit. *Kam.* VIII *n. a.* اِنْتِشَار *Idem.* انتشرت نفسه عليها Ea ipsi placuit; Palam factus fuit *nuntius. Kam. Dj.*; Inflatus, tumidus fuit *nervus. Kam. Dj.*; Longus fuit, *de die. Kam.*; A pastore segregati sunt pascentes *cameli. Kam.*; Libidine venereo incensus fuit *homo. Kam.* X Rogavit, petiit, ut explicaret, divulgaret *rem c. a. r. Harir. p.* ٣١٤.

نَشْر Bonus odor *vel* odor *generaliter*, *vel* odor oris feminae, *vel* odor axillarum feminae post somnum. *Kam. Dj.*; Homines dispersi sine duce. *Dicitur* جاء القوم نَشْرًا. *Kam.*; Vita. *Kam.*; Prima plantae germinatio. *Kam.*; Pabulum, quod exarescens sub aestatis finem pluvia rigante revirescit. *Kam. Dj.* (*quod tanquam noxium pecori fugi solet*).

نَشَر Dispersa res. *Kam. Dj.*; Homines dispersi sine duce. *Dicitur* جاء القوم نَشَرًا. *Kam. Dj.*; *Sing. et Plur.* Promissae *plumae et* dispersae. *Dj.*; Oves pascentes citra pastorem dispersi tempore noctis.

نُشْر Incantamentum, praestigium. *Diw. Djerir.*

نُشُر Fluxus spermatis viri. *Kam.* *Dicitur* لا يجب الغسل بالنشر. *Kam.*

نَاشِر *Pl.* نَوَاشِر *sec. nonn.* Vena brachii; Nomen serpentis (coluber). *Forsk. descr. anim.* VIII, 14.

نُشْرَة Amuletum *aut* simile quid, quo averruncatur insania *aut* morbus. *Kam. Dj.*

نَشُور *Pl.* نُشُر, نُشْر Diffusus *ventus*, foecundam pluviâ nubem diffundens. *Dj.*

نُشُور Revivificare mortuum. يَوْم النُّشُور Dies resurrectionis.

نَشِير Perizoma. *Kam.*; Fruges collectae, quae in area non teruntur. *Kam.*

ابل نَشْرَى Scabie affecti cameli. *Kam.*

نَاشِرَة *Fem.* Revirescens extrema aestate pabulum habens *terra*; *Plur.* نَوَاشِر Nervus et tendo brachii: *tam* internus, *quam* externus. *Kam. Dj. Hamas. p.* ٩٣٠.

نُشَارَة Partes ligni, quas serra dispergit. *Kam. Dj.*

تَنَاشِير *Pl.* Rudimenta artis scriptoriae, quibus se exercent in schola pueri. *Dicitur* ما اشبه خطه بتناشير الصبيان. *Kam.*

مَنْشَر Explicatio, expansio. *Harir. p.* ٤٦٣.

مِنْشِر *i. q.* نَشُور. *Gol.*

مُنَشَّر *F.* 8 Explicitus, diffusus, *cum Teschdîd multitudinis. Djeuh.*

مِنْشَار Serra. *Kam. Dj.*; Piscis marini nomen. *Domair.*; *i. q.* مِذْرًى Ventilabrum: *estque* lignum dentata formâ. *Kam.*

مُنْتَشِر Diffusus, explicitus.

مَنْشُور Explicitus; Diffusus; Serra divisus; Is, cuius negotia dispersa sunt. *Kam.*; Diploma regis patens, non sigillo clausum. *Kam.*; *Plur.* مَنَاشِير Prisma: *scil. figura solida. Mathem. Euclid.*

مَنْشُورَة *Fem.* Liberalis, generosa. *Kam.*

مِنْشَارِي Serratus. *Gol.* المنشارية Cauterium serratum. *Albucasis de chirurg. p.* 34.

نَشَزَ *F. o. et i. n. a.* نَشْز, نُشُوز 1) Elatus fuit, altiore exstitit *loco c.* في *l. Kam. Dj.*; Prominuit. *Gol.* نشز بقرنه Prehensum et a solo sublatum humi stravit *aliquem c. a. p. Kam.*; 2) *n. a.* نُشُوز Immorigera marito suo fuit *mulier*, eumque ad iram provocavit. *Kam.*; 3) *n. a.* نُشُوز Succensuit et iratus fuit *mulieri maritus*, eamque duriter tractavit *c.* على *p. Kam. Dj. vide* نشص; Iratus *aliquem* reliquit, deseruit *c.* عن *p. Fakih. Alchol. p.* ١٥٨; 4) Aestuavit *animus. Kam.* IV Sublata collectaque *ossa* mortui suo loco reposuit, alia aliis imponens *c. a. Kam. Djeuh.*; Sustulit e loco suo *rem c. a. r. Kam.* V (*conf.* تشزن) Se vehementem praebuit ac durum. *Kam.*

نَشْز *Pl.* نُشُوز, *et* نَشَز *Pl.* نِشَاز, أَنْشَاز Locus editus ac elatus. *Kam. Dj.*

نَشِز Annosus, robustus, *de viro. Kam. Dj.*

نَاشِز Protuberans, eminens. *Schol. ad Ibn-Doraid.*; Pulsans et efferens se prae morbo *vena*, et prae pavore *cor. Kam.*; Immorigera *mulier. Gol. ex Mar. conf.* ناشص.

نَشَار Locus editus, altus. *Kam. Dj.*

نَشَاسْتَج Nomen rubri coloris, *nonnullis idem quod* ارجوان. *Kam. s. v.* رجو.

نَشَصَ *F. o. et i. n. a.* نُشُوص 1) Elatus fuit, *de nube. Kam. Dj.*; Longus exstitit, prominuit *dens. Kam. Dj.*; 2) Ab arcu suo *chorda* distitit. *Dj.*; 3) Exturbatus *e regione sua* fuit *c.* من. *Dj.*; 4) Inobsequens fuit aversoque animo fuit *a marito coniux c.* من. *vide* نشز. *Kam. Dj.*; 5) Aestuavit *animus. Kam.*; 6) Confodit *aliquem c. a. p. Kam.*; 7) Eduxit exemitve *rem c. a. r. Kam.* II Elevavit. *Diw. Huds.* IV Emovit sive exturbavit *e regione sua c. a. p. et* عن. *Dj.* VIII Exstirpavit *arborem c. a. Kam.*

نَاشِص (*conf.* نَاشِز) *Pl.* نَوَاشِص Immorigera et aliena a marito *mulier. Dj.*

نَشَاص *Pl.* نُشُص Nubes alta *vel* cuius partes elatae supra alias. *Kam. Dj.*; Nubes tenuis, alba. *Diw. Huds.*; Coaetaneae personae *puellarum*, *et* aequales *equorum et camelorum. Dicitur* رايت نشاص جوار. *Kam.*

نَشَاص Nubes alta, *vel* cuius partes elatae sunt supra alias. *Kam.*

نَشُوص Erecta hasta. *Kam.*

نَشِيص *Idem. Kam.*; Non satis fermentata *massa*, ex qua intempestive pinsitur panis. *Kam.*

نَشَاصِي Extremas corporis partes, *pec.* nates, prominentes habens *equus. Kam.*

مِنْشَاص Inobsequens et aliena a marito mulier: *pec.* in lecto suo. *Kam.*

نَشَطَ *F. i. n. a.* نَشْط 1) Exivit *e loco c.* من. *Kam.*, de terra in terram agiliter abiit discurritve *bos silvaticus*; De signo in signum migravit *stella*; Exorbitavit a recto tramite. *Gol.*; 2) Alacriter properavit seu promovit *camela gressum*, longius protendens anteriores pedes *c. a. Gol.*; 3) Abripuit *rem*, et constrinxit *c. a. r.*; 4) *n. a.* نَشْط Agiliter eduxit *urnam e puteo*, citra trochleae usum, unove tractu *c. a. et c.* من *loci. Kam. Djeuh.*; 5) *F. o. n. a.* نَشْط Nodavit *funem c. a. Kam. Dj.*; Facili ad solvendum nodo laqueove religavit *funem c. a. Gol.*; 6) *F. o. et i. n. a.* نَشْط Dente suo momordit *serpens c. a. Kam. Dj.* b) نَشِطَ *F. a. n. a.* نَشَاط Alacer, laetus fuit. *Kam. Dj.*; Bono pabulo alacer et pinguis evasit *equus. Kam.* II *n. a.* تَنْشِيط Alacrem reddidit *aliquem c. a. p. Kam.*; Excitavit *aliquem ad aliquam rem c. a. p. et* الى *r.*; Nodavit *funem c. a. Kam.*; Nodatum solvit *funem c. a. r. Hamas. p.* ٧٤٣. IV Pingue reddidit *iumentum c. a. Dj.*; Dente suo momordit *aliquem serpens c. a. Kam.*; Abripuit *rem c. a. r. Kam.*; Nodatum solvit *funem c. a. Kam.*; Firmiter ligavit *c. a. Kam.*; Extendit nodum solvendi causa *in vinculo* عقال *dicto c. a. r. Kam.*; Iussit *alium* propelere camelos *c. a. p. vide* نشيطة. *Gol.*; Alacres laeosque habuit domesticos, vel equos, seu talia iumenta alia. *Kam. Dj.* V Lubens et alacer fuit. *Kam. Dj.*; Laetiore pabulo pinguis et alacer evasit *equus. Gol.*; *Trans.* Transivit, traiecit *desertum c. a. Kam.*; Vehemens ac alacer fuit *in incessu*, *de camela c.* في. *Kam. Dj.*; Alacriter se applicuit *ad opus c.* ل *r. Gol.* VIII Extendit *funem* donec dissolveretur *c. a. Kam. Dj.*; Solutus fuit. *Harir. p.* ٣١٣; Squamis privavit *piscem c. a. Kam.*; Dentibus *herbas* evulsit *pecus c. a. Kam.* X Corrugatus et contractus fuit, *de pelle. Kam.*

نَشْط Camela vel equa cum pullo, quae cum pullo praedae quartae parti duci destinatae addebatur, ut pullus numerum non augeret. *Hamas. p.* ٣٥٩.

نُشُط *Pl.* Qui funem dissolvunt, ut secundo atque iterum plectant. *Kam.*

نَاشِط Alacer ad agendam rem. *Kam.*; Taurus silvester de terra in terram discurrens. *Kam. Dj.*; A magno tramite in dextram et sinistram divergens *via. Kam.*; *Pl.* نَوَاشِط Exorbitantes et a proposito alienae *quaestiones. Kam.*

بِئْر نَشُوط Puteus, e quo non nisi multo tractu educi potest urna. *Kam. Dj.*; *it.* نشوط Species piscis, qui sale et aqua condiri solet (*qui alius est a* شبوط). *Dj.*

نَشِيط *Pl.* نِشَاط, نَشَاطَى Alacer, lubens, laetus *vir*, *equus. Kam. Dj.*; Alacres habens domesticos, iumenta. *Kam.*; *et cum* ال Equus, *pec.* alacer. *Gol. ex Meid.*; Nomen viri, *inde proverbium ortum* حتى يرجع نشيط من مَرْو Donec Naschith ex Meru redit, *i. e.* nunquam faciam. *Kam.*

نَشِيطَة *Fem.* Alacris, laeta, exultans. *Gol.*; Praeda, quae duci in via obtingit, antequam pervenerint ad primarium

hostium locum. *Djeuh.*, *forte quod alacritatem auget. Gol.*; Qui accipiuntur *cameli*, et citra certum animi propositum aguntur. *Gol.*

النَّاشِطَاتُ De parte coeli una in aliam migrantes stellae, *aliis* animas fidelium laete solventes a corpore angeli, *vel* Animae credentes, quae apud mortem alacres sunt (*ex Corano*). *Kam. Dj.*

بِئْرٌ أُنْشُوطٌ Propinquae aquae puteus, unde uno tractu urna educitur. *Kam.*

أُنْشُوطَةٌ Nodus chordae laqueusve solutu facilis. *Kam. Dj.*

مُنْشِطٌ Alacres domesticos *vel* equos habens. *Kam.*

مُتَنَشِّطٌ Is, cui est iumentum, quo vehitur, sed descendit quum taedio affectus est. *Kam.*

نَشَطَ *F. o. n. a.* نَشْطٌ 1) Cum celeritate abripuit. *Kam.*; 2) *n. a.* نُشُوطٌ Apparuit primum, germinavit a radice sua terram diffindens, *de planta. Kam.*

نَشَعَ *F. a. n. a.* نَشْعٌ 1) Spiritum in pectore reciprocavit. *Kam. Dj. vide* نشغ; 2) *n. a.* نُشُوعٌ Morti propinquus salvus evasit. *Kam.*; 3) *n. a.* نَشْعٌ, مَنْشَعٌ Violenter amovit vel evulsit *c. a.*; 4) In os *vel* nares indidit medicamentum *infanti c. a. p. Kam. Dj.*; 5) Suggessit *alicui*, fecit ut intelligeret *sermonem c. a. p. et a. r. Kam. Dj.*; 6) *Pass.* Deditus fuit *rei c.* ب *r. Kam.* IV In os *vel* nares indidit medicamentum *alicui c. a. p. Kam. Dj.*; Dedit *agasoni* mercedem suam *c. a. p. Kam.*; Iuvit *aliquem aliqua re. Dicitur* انشعه بشربة. *Kam.* VIII Fecit, ut decideret, dimovit, avulsit *c. a. Kam.*; Indidit sibi in nares *medicamentum c. a. r. Kam. Dj.*

نَاشِعٌ Extans, prominens. *Kam.*

نَشُوعٌ Medicamentum, quod naribus excipitur, *vel* ori inditur. *Kam. Dj.*; Repellens spiritum. *Dicitur* شَيٌّ نَشُوعٌ. *Kam.*

نُشُوعٌ Medicamentum, quod naribus excipitur, *vel* ori inditur. *Kam.*

نُشَاعَةٌ Quod ori *aut* naribus inditum post eximitur reiicitque; Res evulsa manu tum proiecta. *Kam.*

مِنْشَعٌ Vas, in quo نشوع, *i. e.* errhinum, reponitur. *Kam.*

مُنْشُوغٌ Deditus rei eamque appetens *c.* ب *r. Kam.*

نَشَغَ *F. a.* 1) Fluxit *aqua. Kam.*; 2) Manu sua haustam potavit *aquam c. a. Kam.*; 3) Confodit *hastâ c.* ب. *Kam.*; 4) *i. q.* نشع Effecit, ut intelligeret *sermonem c. d. a. Kam.*; 5) *n. a.* نَشْغٌ Reciprocavit in pectore vocem, ut fere in deliquium animi inciderit: *quod peculiariter homini accidit* in dolore, desiderio, amore erga amicum. *Kam. Dj.*; 6) Medicamentum in os indidit *infanti c. a. p. Kam.*, *et Pass. n. a.* نُشُوغٌ Inditum quid ori fuit, idque fieri sibi permisit *infans. Kam. Dj.*; 7) *Pass.* Deditus fuit *rei c.* ب *r. Kam.* IV Reciprocavit in pectore vocem, ut fere in deliquium animi inciderit; Recessit, declinavit. *Kam.* V Reciprocavit in pectore vocem, ut fere in deliquium animi inciderit. *Kam.* VIII (*conf.* انتسغ) Procul per pascua abiit *camelus. Kam.*

نَاشِغٌ *Pl.* نُشَّغٌ Reciprocans in pectore vocem. *Gol.*

نَشُوغٌ (*conf.* نَشُوعٌ) Medicamentum, quod naribus excipitur, *vel* ori inditur. *Kam. Dj.*

نَوَاشِغُ *Pl.* Loca, per quae fluit aqua in valle. *Kam.*

مِنْشَغَةٌ Vas, in quo medicamentum نشوغ appellatum reponitur. *Dj.*

مَنْشُوغٌ Deditus *rei c.* ب *r. Kam.*

نَشَفَ *F. o.* 1) Abiit, evanuit, periit, interiit. *Kam.*; 2) *F. o. n. a.* نَشْفٌ Imbibit *sudorem pannus c. a. r. Kam. Dj.*, *aquam cisterna c. a. Kam. Dj.*; 3) Descendit *in terram* et evanuit *aqua c.* في. *Kam.* b) نَشِفَ *F. a.* Imbibit *sudorem pannus c. a. r. Kam. Dj.* (*et de* oculis, e quibus lacrymae fluere non desinunt. *Hamak. Wakid. p.* 142). II *n. a.* تَنْشِيفٌ Panno similive re excepit *aquam c. a. Kam.*; Spumosum lac emisit praebuitve *camela. Gol.* IV Bibendam dedit lactis recenter mulsi spumam *c. a. p. vide* نشافة. *Kam. Dj.*; Marem post foemellam peperit, *de camela. Kam.* V Imbibit *sudorem vestis*, *aquam cisterna c. a. r. Kam. Dj.*, *et Passivum huius*: Descendit attractave fuit *in terram aqua c.* في. *Gol.* VIII Lactis recentis spumam bibit. *Kam. Dj.*; *Pass.* Alteratus fuit *color. Kam. vide* نسف.

نَشْفٌ *nomen* Absorptio aquae, quae terra fit. *Kam.*

نَشْفَةٌ *Pl.* نَشْفٌ, نَشْفٌ, نُشَفٌ, نِشَفٌ, نِشَافٌ Lapis nigricans et adusto similis, quo fricantur pedes, pumex. *conf.* نسفة. *Kam. Dj.*; Pannus, quo excipitur pluviae aqua et extorquetur in vasa. *Kam.*

نِشْفَةٌ Lapis nigricans et adusto similis, quo fricantur pedes, pumex. *Kam.*; Exiguum quid in vase residuum. *Kam.*, *et* Id, quod cochleari ex olla calidum accipitur et sorbetur. *Kam.*

نُشْفَةٌ Pumex. *Kam.*; Spuma lactis recens mulsi. *Kam.*; Exiguum quid in vase residuum. *Kam.*

نَشَفَةٌ Lapis nigricans et adusto similis, quo fricantur pedes, pumex. *Gol. conf.* نسفة.

نَشْفَةٌ *Fem.* Absorbens aquam *terra*. *Kam. Dj.*

نَشُوفٌ Lac ante foeturam reddens, tum reddere desinens, *de camela*. *Kam.*

نَشَّافٌ Qui panis frustum summae immergit ollae, idque comedit solus citra socios suos. *Kam. vide* نشال.

نُشَافَةٌ Spuma lactis recens mulsi. *Kam. Dj.*

نَشَّافَةٌ Mantile seu linteum, quo detergitur. *Kam.*

مِنْشَافٌ Lacte modo abundans modo destituta, *de camela*. *Kam.*

نَشَقَ *n. a.* نَشْقٌ 1) Odoratus fuit, *pec.* attrahendo *c. a. Kam.*, *et* percepit *gratum odorem ex aliqua re c. a. et* من *r. Dj.*; 2) *n. a.* نَشَقٌ Inhaesit *cassibus vel tendiculae* capta *dorcas c.* في. *Kam. Dj.* IV Effecit, ut odorem medicamenti perciperet *c. a. p. Kam. Dj.*; Effecit, ut *cassibus* inhaereret *dorcas c. a. et* في. *Kam.*; Indidit naribus *medicamentum c. a. Dj.* VIII Attractus fuit in nares: *uti odorando fit*, *vel excipiendo pulvere aliquo.* X Admotam naribus intro attraxit *odorem*, *aquam c. a. Kam. Dj.*

نَشْقٌ Odor; *unde* النشق مكروه Ingratum odorem exhalans.

نَشَقٌ Intricatus negotio. *Kam. Dj.*

نُشْفَةٌ Funis, quo collum dorcadis ligatur. *Kam. Dj.*

نُشُوقٌ Omnis medicina, quae naribus admovetur, ut aliquis eius odorem capiat et calorem. *Kam. Dj.*

نَشَّاقٌ Praeda, in cuius guttur funis incidit. *Kam.* *Unus venator alteri dicere solet* لى النَّشَّاقُ ولكن العَلَّاقُ. *Kam.*

مَنْشَقٌ Nasus, nares. *Kam.*

